

se diuidendam, Item presbitero in Aspu. duas. Marchas denar. Ecclesie ibidem. vnam Marcham denar. Pro soluendis autem predictis legatis aliis, a fratribus sictuniensibus et quibuslibet aliis debitibus restitucionibus, et ad satisfaciendum lesis, siqui apparuerint, deputo et obligo curiam dalby in sudhermannia dicti petri, et de aliis bonis suis quantum fuerit opus. Acta sunt hec et publicata in sepultura dicti petri. Anno domini. M^o. CCC^o. decima. feria quinta. proxima post festum beati andree, Testes autem qui huic ordinacioni presentes fuerunt. sunt hii. Dominus Petrus Ragwaldson, karolus tukason. abraham thorstenson, benedictus sighurdhason, Olauus de languthoru, Laurencius Cornhest Narwo, siggo braxator. jngiwaldus de lundastum, et alii quam plurimi fidedigni. Actum et publicatum in sepultura sua. Anno et die supradictis. In Cuius Rei testimonium sigillum meum proprium presentibus est appensum. et quia Ego Elena sigillum proprium non habeo, sigillum Religiosi viri fratris israelis prioris sictunensis presentibus meo nomine apponi peto.

Sigillen något skadade.

1705.

1310 d. 28 Dec.

Hessleby.

PETER JONSSONS och hans hustru Sestrids, m. fl. medarsvingars medgifvande, att deras slätinge, Biskopen i Linköping Carl, egde att, utan deras klander, efter behag anordna om sina fäderne och mödernes fastigheter i Hwem och Linderyds socknar, sedan han åt dem afstått resten af sina gods.

A. 7. a.

Omnibus presens scriptum cernentibus, PETRUS JOON SON, et vxor sua SESTRIDIS, NICHOLAUS et uxor sua GYRIDIS, MARGARETA et filius suus BENEDICTUS, Et CRISSTINA Relicta haquinj birghæ son, Salutem in domino semipaternam, Quia uenerabilis pater, et dominus noster, Dominus karolus dei gracia Episcopus Lincopensis, speciali nos Dileccione prosequens, et pietatis affectu amplectens, omnia bona sua, que ad ipsum ex successione paterna et materna, jure hereditario sunt deuoluta, hiis que in parochiis, hwæm et lynderuth habet. dumtaxat exceptis, nobis et heredibus nosstris sue liberalitatis gracia, assignauerat, jure perpetuo possidenda. Nos consensum nostrum, benevolenciam, et fauorem adhibemus, ut de bonis, que in dictis parrochiis hwæm et lyndæruth, obtinet, pro salute anime sue, ordinare valeat, ad sue libitum voluntatis, adempta nobis et heredibus nosstris facultate dicta bona quoquo modo impediendi, uel Reuocandi seu contra factum nostrum, in hac parte aliqualiter veniendi, Ad Evidenciam igitur premissorum, Sigilla nostra nos qui habemus, vna cum sigillis consanguineorum nostrorum, dominorum thorkilli dyacn, holmuidi elef son,

sigmundi æringislæ son, Wimundi prepositi Lincopensis, et canuti decani ibidem, presentibus duximus apponenda, Petentes humiliter et instanter, easdem sigillis, Magnificorum principum, Dominorum Birgeri Dej gracia sweorum gothorumque Regis illustris, et ffratrum eius Ducum communiri, Datum hæsleby, anno Dominj, M^o, CCC^o, Decimo, Die sanctorum Jnnocencium.

På frånsidan: Consensus heredum episcopi karoli super fundacione prebende in ecclesia vexionensi.

Sigillen N. 1, 2, 4, 5, 7, 9, mer eller mindre skadade; N. 3, 6, 8, 10—12 bortfallna.
